

Specialiora afferenti Dn. CARPZOVIO specia-
lius respondebitur.

II. Male habet Eundem Consilium de Con-
ventibus privatis Deo dicatis. Verum enim ve-
ro 1. est Consilium *Iuridicum* de Themate mixto,
quorum evolutio, vel ipsomet Iudice, ad ICtos
spectat. 2. Extat in meis scriniis *αυτογραφων* appro-
bationis Decani Facultatis Theologicæ Tubin-
gensis, hisce verbis conceptæ: *Dieses Bedencken ge-
fællet mir allerdings wohl. Nur wünschte, daß die Oc-
casion wegen Reutlingen nicht angemerkt (factum,) und die scharfe Expressionen und Particularitäten in
der Vorrede und p. 32. ausgelassen würden, (itidem factum,) um, wo möglich, auch diese Irrende mit Liebe zu gewinnen.* è Musæo, ultimo Junii 1734.

D. PFAFF.

III. Pluribus contenta Opusculi recensentur (ut alios præteream) a Summe Rev. Dn. D. WAL-
CHIO *in der Einleit. zu den Relig. Strittig. der Luther. Kirche Tom. 5. p. 547.* abque ulla nota dissensus, imo addito elogio. Quomodo vero hæc con-
veniunt cum criteriis criminis, cuius me arguit Dn. CARPZOVIVS?

III. Objicit is quidem primo: me omni stu-
dio defendere Conventicula privata, quæ tot tur-
bas in Rep. concitant & tot Legibus interdicta
sunt; ego vero respondeo: 1. Lippis & tonsori-
b
bus